

TITI LIVI
AB VRBE CONDITA

RECOGNOVIT
ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT
ROBERTVS MAXWELL OGILVIE

TOMVS I. LIBRI I-V

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

CONSPECTVS SIGLORVM

P = Pap. Oxyrh. 1379

V = Codex Veronensis
rescriptus

M = Codex Mediceus

Vorm. = Codex Vormatiensis
nunc deperditus

H = Codex Harleianus

W = fragmentum codicis
Fuldensis

K = fragmentum codicis
Hauniensis

E = Codex Einsiedlensis

O = Codex Oxoniensis

P = Codex Parisiensis

U = Codex Vpsaliensis

Ω = consensus omnium codicum

N = consensus codicum Symmachianorum

Δ = consensus codicum HWKEOPU, uel eorum qui unoquoque
loco extant

π = consensus codicum EOPU, uel eorum qui unoquoque loco
extant

Gron. = I. F. Gronouius (1645)

Drak. = A. Drakenborch (1738)

† = indicat locum desperatum

⟨ ⟩ = includunt supplementa textui quae credo necessaria

Hae sunt reliquiae quae supersunt codicis V, sed saepe mancae, semper
obscurae: 3. 6. 5 ueniat...9. 3 regium, 11. 5 offerent...14. 3 impetus
suos [cum], 18. 9 prius...22. 5 ab Aequis, 22. 8 in]de...23. 3 rapit, 23. 5
recipientis...24. 5 commea[tu, 26. 8 iugerum...27. 7 [n]ox aut, 29. 5
cum carmine...31. 2 iace[ret, 34. 6 unoquo]que...36. 1 personae, 37. 8
nobilis...38. 9 us[quam, 42. 3 inter...45. 6 ac[cendisset, 50. 13 Auen]-
tinum...51. 13 aiebant, 56. 11 et misericordia...57. 10 quib[us, 60. 10
fluctuan]tem...68. 8 Algidum, 4. 7. 2 tribunos...8. 3 an[nos, 9. 11 optuma-
tes...15. 3 po[pulo, 16. 7 et uariis...18. 2 Tolumnius, 21. 3 ro]gationem...
27. 4 acies, 33. 9 ab tergo...35. 8 ce[rtamina, 36. 3 ab urbe...37. 1 anno,
54. 3 Silius...57. 6 P. Cornelio, 57. 10 u]ero...59. 7 ne quis, 5. 2. 8
dictatoris...9. 1 ma[gistratum, 23. 6 trium[phusque...24. 10 quam, 27. 5
tui...28. 4 recenti, 30. 6 ut...33. 10 om[nia, 39. 5 barbaris...41. 10
caudem, 43. 4 frumentum...46. 6 auspicioque, 48. 9 gla]dius...51. 7
praetermissum, 52. 10 ueterum...53. 6 multitu[dinem, 54. 7 deimmou-
isse...55. 5 similis.

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

PRAEFATIO

FACTVRVSNE operaे pretium sim si a primordio urbis res
populi Romani perscripserim nec satis scio nec, si sciam,
dicere ausim, quippe qui cum ueterem tum uolgatam esse 2
rem uideam, dum noui semper scriptores aut in rebus certius
aliquid allatu[ros se aut scribendi arte rudem uetustatem
superatu[ros credunt. Vt cumque erit, iuuabit tamen rerum 3
gestarum memoriae principis terrarum populi pro uirili
parte et ipsum consuluisse; et si in tanta scriptorum turba
mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum
me qui nomini officient meo consoler. Res est praeterea et 4
immensi operis, ut quae supra septingentesimum annum
repetatur et quae ab exiguis profecta initiis eo creuerit ut iam
magnitudine laboret sua; et legentium plerisque haud dubito
quin primae origines proximaque originibus minus praebi-
tura uoluptatis sint, festinantibus ad haec noua quibus iam
pridem praeualentis populi uires se ipsae conficiunt: ego 5
contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a

Inscriptio TITI LIVI AB VRBE COND. LIBER ·T· HVIVS PRAEF M:

TITI LIVI AB VRBE CONDITA LIB ·T· INCIPIT P:

TITI LIVII AB VRBE CONDITA PRIMAE DECADIS INCIPIT PRIMVS LIBER

U:

Incip prefatio Titi Liuii In libris Antiquitatum Ab urbe
condita O

i operaे pretium sim *Sabellicus*, coll. Quint. 9. 4. 74: sim operaе
pretium N (sed in O inter sim et operaе interposita est clausula si a primordio
... perscripserim quam suo loco restituit O^c) 3 et ipsum N: ante
ipsum add. me M^{csl}, id est me O^{s1} sit Δ: est M eorum me MPU:
eorum HOE: eorum meo M^c Gron. meo N: me M^c Gron. 4 sint]
sunt M

PRAEFATIO

conspectu malorum quae nostra tot per annos uidit aetas,
tantisper certe dum prisca illa tota mente repeto, auertam,
omnis expers curae quae scribentis animum, etsi non
flectere a uero, sollicitum tamen efficere posset.

⁶ Quae ante conditam condendamue urbem poeticis magis
decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum monu-
mentis traduntur, ea nec adfirmare nec refellere in animo
⁷ est. Datur haec uenia antiquitati ut miscendo humana
diuinis primordia urbium augustiora faciat; et si cui
populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos
referre auctores, ea belli gloria est populo Romano ut cum
suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat,
tam et hoc gentes humanae patientur aequo animo quam
⁸ imperium patiuntur. Sed haec et his similia utcumque
animaduersa aut existimata erunt haud in magno euidem
⁹ ponam discrimine: ad illa mihi pro se quisque acriter
intendat animum, quae uita, qui mores fuerint, per quos
uiros quibusque artibus domi militiaeque et partum et
auctum imperium sit; labante deinde paulatim disciplina
uelut dissidentes primo mores sequatur animo, deinde ut
magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites,
donec ad haec tempora quibus nec uitia nostra nec remedia
¹⁰ pati possumus peruentum est. Hoc illud est praecipue in
cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli
documenta in inlustri posita monumento intueri; inde tibi
tuaeque rei publicae quod imitere capias, inde foedum
¹¹ inceptu foedum exitu quod uites. Ceterum aut me amor
negotii suscepti fallit, aut nulla unquam res publica nec
maior nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit, nec in
quam ciuitatem tam serae auaritia luxuriaque immi-
grauerint, nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac par-
¹² simoniae honos fuerit. Adeo quanto rerum minus, tanto

⁵ illa tota *H*: tota illa *Mπ* ⁹ labante *Gron.*: labente *N* dis-
sidentes *McU*: dissidentis *OEPH*: disidentis *M* (disidentis?): desidentes
Philelfus: discedentis *Bayet* ¹¹ serae] sere *MH*: sera *π*: sero dett. aliq.
Novák, sed cf. *Löfstedt*, *Synt.* 2. 369

PRAEFATIO

minus cupiditatis erat: nuper diuitiae auaritiam et abun-
dantes uoluptates desiderium per luxum atque libidinem
pereundi perdendique omnia inuexere. Sed querellae, ne
tum quidem gratae futurae cum forsitan necessariae erunt,
ab initio certe tantae ordiendae rei absint: cum bonis potius ¹³
ominibus uotisque et precationibus deorum dearumque, si,
ut poetis, nobis quoque mos esset, libertius inciperemus, ut
orsis tantum operis successus prosperos darent.

¹³ omnibus] omnibus *HE*